GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 118v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illius glam diuinitatis eius oculo contemplationis speculan
do. Sed ad hec nemo idoneus constat. nisi ea que secunt prius
fiant. Et ualde mane una sabbatorum. ueniunt ad monumen
tum orto iam sole. Notandum est cur non tantum mane sed ualde
mane dixerit. cum ualde mane initium sumpsimus auroram sit.
quando uix dinscernimus nocturnis tenebris et minussim radi
solis refulgere cepit. sit etenim non tantum mane sed ualde ma
ne in corde hominis. dum gra diuine uisitationis illuminatus.
tenebras ignorantie di et sui aliquantulum recognouerit. et tam
adhuc opa lucis et iustitie agere nequaquam studuerit. Vt autem
ad faciendum opa iustitie et lucis ualescat. opus habet. ut una
sabbatorum in illo fiat. Vna sabbatorum dies est. quando fideles quique re
quiescere a malis opibus desidant. ut uni domino liberi uacare ua
leant. Itemque una dies sabbatorum est. quando tamen a domino gram esse
cum fuerint. qd unus cum eo spe effici meruerint. Tunc profecto ua
rentur gradientes ad monumentum cordis sui ueniunt. ubi ortum
iam solem diuine claritatis sentiunt. Sol etenim iste uisibilis.
dum mane ortus fuerit. splendorem parit et calorem mundo red
dit. sic etiam inuisibilis ille sol iustitie dum mentes fidelium suo
lumine desuper ueniens gremio tetigerit. lucentes et ardentes facit.
lucentes inquam in operatione. ardentes in amore. Sed fit plerumque
qd dum iocundum ac sollempne cum domino PASCHA celebrare
cupiunt. nil paschalis letitie. nil paschalis iocunditatis in se
metipsis sentiant. unde quod ad se intra se gementes ac suspirantes
dicant. eugusta consequentem denuntiat. Et dicebant ad inuicem.
Quis reuoluet nobis LAPIDEM ab ostio monumenti. Ac si di
cant. Ecce dnice paschalia assunt gaudia. ecce PASCHALIS
instat letitia. sed duritia lapidis cordis mei nulla tue uisitatio
nis emollitur gra. Ecce dnice te ipso teste. hoc sacro iciunorum
tempore laboraui quantum potui. his sacris diebus PASSIONIS